



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Vsura I. in se.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

Episcopi. Præterquam in voto peregrinationis ultra duas diatas. Qui autem recipit diploma Papæ concedentis facultatem ad dispensandum; debet petere dispensationem à Confessario. *ibidem*.

**L** Episcopus concedendo absolutionem à suis casibus, & censuris, non videtur concedere dispensationem votorum. in quibus ipse potest dispensare. *cap. 27, num. 255.*

### V S V R A I.

*In se.*

**A** **V** Sura prout in materia morali sumitur, significat *lucrum proueniens ex contractu mutu.* *cap. 17, num. 206.*

Dicere usuram non esse peccatum, est hereticum. *num. 207.*

Usura est prohibita iure naturali, & diuino veteris & noui Testamenti, & humano. *ibidem.*

**B** Usura est duplex, mentalis tantum: mentalis & realis. Atque usura quidem mentalis differt à peccato mentali usuræ. hoc enim non obligat ad restitutionem. *num. 208.* Illa verò obligat. *num. 214.* & clariùs explicatur. *num. 243. §. 98.*

**C** Intentio principalis lucrandi ex mutuo  
suffi



sufficit ad constituendam vsuram, etiam sine pacto expresso, vel tacito, non tamen sufficit minus principalis. num. 209. Qui iuravit soluere vsuras tenetur intra statutum diem soluere, vel petere absolutionem iuramenti. num. 246. §. 109.

Promissio soluendi vsuras non valet. D  
ibidem.

Soluens vsuras non consentiens peccato vsurarij. Atque petere sub vsuris à nolente mutuare gratis licitum est, imò & accipere. num. 247.

Sed peccat qui inducit alium, vt sibi det ad vsuram: secus si peteret à parato, vel petit ab aliquo mutuuum simpliciter, & quia non vult gratis mutuare, accipit sub vsuris. num. 262. & cap. 21. num. 25.

Indigens extreme, licite potest inducere ad sibi mutuandum sub vsuris nolentem aliter mutuare, quia hoc est consulere minus malum. cap. 17. num. 263.

Qui verò petit mutuuum ab vsurario, abs- E  
que necessitate, peccat, secus si petat ex necessitate. cap. 14. numero 27. Ratio huius differentiae est, quia qui petit ob necessitatem ab vsurario parato, vt sibi mutuet sub vsuris, non petit ab eo rem malam, quamuis peccandi materiam offerat: qui autem petit extra necessitatem, petit rem malam.



malam. quod alio exemplo declaratur. qui petit ab infideli, vt sibi promissa iuramento firmer, non peccat, licet sciat illum iuratum fore per suos falsos Deos. qui autem peteret ab eo, vt iuraret per falsos Deos, peccaret quidem. num. 31. lit. F. & in Nou. num. 39.

**F** Vnde peccat mort. capiēs sub vsuris merces ad res vanas, graue æs alienum contrahendo, vxorem, & liberos notabiliter damnificādo. Idem de capiente ad interesse, & emente habita fide de pretio merces, quas vendit præfenti pecunia. capit. 17. numer. 263.

---

*V S V R A II. Q V O A D  
vendiōnem, vel emptionem.*

**A** **Q** Vi vinum, triticum, vel oleum alicuius prædij ante mensem, vel vindemiam minoris emit ob anticipationem solutionis, quam valebunt collecta, tenetur restituere. cap. 17. num. 22.

Idem de emente aliquid minoris iusto pretio ob anticipatam solutionem, vel carius vendente ob dilatam: quamuis postea augeatur pretium rei venditæ. num. 228.

Pet